Fragmentarium

ura sub iugo regis babylonis. et seruite
ei et populo eius et uiuetis. Quare moriemi
ni tu et populus tuus gladio et fame et pe
ste sicut locutus est dominus ad gentem que
seruire noluerit regi babylonis. Nolite
audire uerba prophetarum dicentium uobis.
non seruietis regi babylonis: quia mendaci
um ipsi loquuntur uobis. quia non misi eos ait
dominus. et ipsi prophetant in nomine meo men
daciter: ut eiciant uos et pereatis tam
uos quam prophete qui uaticinantur uobis.
et ad sacerdotes. et ad populum istum lo
cutus sum dicens. Hec dicit dominus. Noli
te audire uerba prophetarum uestrorum: qui
prophetant uobis dicentes. Ecce uasa domini
reuertentur de babylone. nunc cito. men
dacium enim prophetant uobis. Nolite ergo
audire eos: sed seruite regi babylonis. ut
uiuatis. Quare datur hec ciuitas in so
litudinem: et si prophete sunt. et est uerbum
domini in eis: occurrant domino exercituum. ut
non ueniant uasa que derelicta fuerant
in domo domini. et in domo regis iuda et
in ierusalem in babylonem. Quia hec dicit
dominus exercituum ad columpnas et ad ma
re. et ad bases. et ad reliqua uasorum
que remanserunt in ciuitate hac. que
non tulit nabuchodonosor rex babylo
nis. cum transferret iechoniam filium ioachi
regem iuda de ierusalem in babylonem et omnes
optimates iuda et ierusalem. Quia hec dicit
dominus exercituum deus israel ad uasa que derelic
ta sunt in domo domini et in domo regis
iude et ierusalem in babylonem, et transfe
rentur: et ibi erunt usque ad diem uisita
tionis sue dicit dominus. et afferri faciam
ea. et restitui in loco isto. XXVIII

Et factum est in anno illo in prin
cipio regni sedechie regis iuda. in
anno quarto. in mense quinto: Et dixit
ad me ananias filius azur propheta de
gabaon in domo domini coram sacerdotibus
et omni populo dicens. Hec dicit dominus ex
ercituum deus israel. Contriui iugum regis
babylonis. adhuc duo anni dierum:
et ego referri faciam ad locum istum omnia
uasa domini que tulit nabuchodonosor
rex babylonis de loco isto. et transtulit
ea in babylone. Et iechoniam filium
ioachim regem iuda. et omnem transmi
grationem iude qui ingressi sunt in
babylonem ego conuertam ad locum istum:
ait dominus. Conteram enim iugum regis ba
bylonis. Et dixit ieremias propheta ad
ananiam prophetam in oculis sacerdotum
et in oculis omnis populi. qui stabat in do
mo domini. Et ait ieremias propheta. amen.
sic faciat dominus. Suscitet dominus uerba tua
que prophetasti: ut referantur uasa in
domum domini et omnis transmigratio de ba
bylone ad locum istum. Uerumtamen audi
uerbum hoc quod ego loquor in auribus
tuis: et in auribus uniuersi populi. Prophete
qui fuerunt ante me et te ab initio
et prophetauerunt super terras multas. et super
regna magna de prelio. et de afflictione
et de fame. propheta qui uaticinatus est
pacem. cum uenerit uerbum eius sciet propheta
quem miserit dominus in ueritate. Et tulit a
nanias propheta de collo ieremie prophete
catenam: et confregit eam. et ait ana
nias propheta in conspectu omnis populi dicens.
Hec dicit dominus. sic confringam iugum
nabuchodonosor regis babilonis post
duos annos dierum de collo omnium gen
tium. Et abiit ieremias propheta in uiam
suam. Et factum est uerbum domini ad iere
miam postquam confregit ananias propheta
catenam de collo ieremie dicens. Uade
et dices ananie. Hec dicit dominus. Cate
nas ligneas contriuisti: et facies pro
eis catenas ferreas. Quia hec dicit
dominus exercituum deus israel. Iugum ferreum
posui super collum cunctarum gentium
istarum: et seruiant nabuchodonosor re
gis babylonis. et seruient ei. et insuper
et bestias terre dedi ei. Et dixit ierem
ias propheta ad ananiam prophetam. Audi
anania. Non est misit te dominus: et tu con
fidere fecisti populum istum in mendacio.
Ideo hec dicit dominus. Ecce ego mittam
te a facie terre. hoc anno morieris. Ad
uersum enim dominum locutus es. Et mortuus
est ananias propheta in anno illo mense
septimo. Et hec sunt uerba libri XXIX

Et hec sunt uerba libri que misit

License: public_domain – Cambridge, MA, Harvard University, Houghton Library, MS Typ 30.1, (seq. 24) – Jeremiah and Lamentations (https://fragmentarium.ms/view/page/F-zshm/1117/15753)